

ad inueniendum istiusmodi pullum, quo de sese sustentent, gratiam suam clementissime largiri ne dedignetur: quemadmodum & ego modicum illud, quod heic declarauit, è supernis à Deo Patre accepi, qui etiam illud ex amore, & juxta bonitatem suam, mihi largitus est. Vobis itaque præsens conscripsi opusculum, vt videlicet maioricum desiderio inquiratis, & rectam viam ingrediamini: Opusculum illud vero in Summario complexus ideo sum, quo melius, juxta Philosophorum dicta, quæ imposterum rectius intellecturos vos esse mihi persuadeo, opus comprehendere valeatis.

*Saturmatis J. munde uen go bue ff nis Emdz In altis saturm v. t.
Baple mag. 19.*